



**Chronologiæ Veteris Testamenti Accvratvm Examen  
Augustiſimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ  
Dicatvm**

**Philippi, Henricus**

**Coloniae Agrippinae, 1637**

14. Quis fuerit mensis ille sextus Hebræis, quis Latinis, de quo Agg.1.v.1.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](#)

## IN CAPVT I. AGGÆL.

**V**Er. 1. Anno secundo Darij regis in mensis sexto in die una mensis &c. Tria hic dis-  
putari solet. 1. Quisnam fuerit iste Darius. 2. Vnde computetur apud He-  
breos sextus iste mensis. 3. Quomodo haec notatio temporis cum annis &  
mensibus Romanis congruat: de primo actum est q. præcedenti, de reliquis q.  
sequenti agendum.

## Q V Æ S T I O X I V .

**Quis hic mensis sextus sit Hebrais, quis Romanis.**

1. **Q**uidam ve Lyranus initio cap. 2. Aggæi, & Vatablus ad calcem cap. 1. **Quidam**  
hunc lexum mensem putant esse anni ciuilis Adar dictum; ac proinde **putant fa-**  
tis numerandum. Rationem afferunt, quod ad fabricas inchoandas mensis  
Adar apertissimus sit, vt per æstatem possit opus promoueri.

2. Alij numero & autoritate longe superiores, ad meliorem libellam huius  
temporis momenta exigunt, & censent hunc mensem esse anni sacri ordine **Elul.**  
Lexum à Nisan. Ita Renugius, Albertus, Hugo, quoſ laudant & sequuntur Ri-  
bera atque Cornelius. Consentunt Mariana, Sa, Menochius, in hunc locum.  
Salianus ad an. m. 3533 n. 30. Fauer Glossa ordinaria, dum ait hunc mensem non  
habere solennitates, sicut habet septimus, nempe Tisri Ratio est, quia nume- **Ratio.**  
rus mensium quem Sacra Scriptura præsertim in minoribus prophetis, expri-  
mit de mensibus anni sacri solet intelligi, nisi forte aliunde contrarium probe-  
rat. Enimvero menses à Nisan computantur, apud Zachariam, cap. 1. v. 7. &c  
cap. 7. v. 1. vbi vndecimus mensis vocatur Sabat, & nonus Casleu. Imò Lyra-  
nus & Vatablus menses apud Zachariam à Nisan deducunt, sicut & mentem  
nonum ab Aggæo cap. 2. v. 11. noratum. Nulla autem subest causa cur à diuersis  
originibus horum mensium fluxum deriuenter, præsertim cum fateantur Ag-  
gæus & Zachariam eodem anno prophetate cœpisse: illum mense 6. hunc 8.  
Vide comp. Ecel. cap. 16. num. 3.

3. Commodè autem Propheta mense Elul iudeos ad templi ædificationē **Cur men-**  
excitabat, vt hic moneret nonnulli sacerdotum interpretum. Nam tunc experiebā- **se Elul per-**  
tur, quā īcūna mēfīs, quam paucæ fruges essent, cuius rei causam explicat **fusa in-**  
Aggæus, quia nimis Domo Dei neglecta, quisque rerum tantum suarum fa- **deo Tem-**  
tagebat. Idcirco seminastū multū, inquit, & intulisti parum. v. 6. Inde sumpta oc- **pli reſta-**  
catione subdit v. 8. Ascendite in montem, portate ligna, ædificate Domum, & accepta- **ratio.**  
bili mibi erū. Non erat igitur aptior ad hoc negotium mensis Adar, quam Elul. **Quoto an-**  
no ante **Christ.**  
4. De tertio nō est magna difficultas, si memori mente ea repetantur, quæ di-  
cebam q. præcedēti, & cap. 16. Computi Viennensis n. 4. Inde etiā intelligimus quo mense.

P.  
H. Philipp

Chronolo  
gic: Testam

AIV

179

guo die.  
Romaniis.

252  
eum annum fuisse 520. ante Christi Epocham, & ex Epacta in quatuor  
ses Iudaicos populari suppuratione. Tunc autem erat cyclo Solis 22.  
A. cyclo Lunæ 14. litera æquationis H. epacta 28. quæ ostendit Nem.  
6. mensis non procul ab fuisse à 27. Augusti, stylo Iuliano, s. i. quando  
incepit Aggeus, quod spreta templi fabrica, iwas ades & provocat  
curarent sine fructu. Qui mercedes congregavit, misit eas in facultatem.

IN CAPVT II. AGGAI.

V. 1. In die vigesima & quartam mensis in anno secundo regnij. Hec  
ratio ad finem capituli precedentis referenda est, ut ex doctrina  
nymi docent h̄i; plerique recentiores interpretantes & Sallustius adducunt  
31. præuentibus Theodoreto, Ruperto, Haymone, Remigo, vniuersitate  
populūm Iudaicum templo restaurando manum adhibuisse, quod in  
primi capituli sacer textus his verbis exprimit: Et ingressum, & funda-  
dam Domini exercitum Dei sui. Nempe montem ascendebant Iudei ab  
caelocum considerabant fundamenta sub Cyro iacientes a Iudeo-  
nō reversis anno 2. sui reditus de quibus. 1. Eldræ 3. v. 8 & 10. ligna cam-  
pide & conuhere incipiebant. Fundamentis vero luperficiis iunctis  
re. mense nono, die 24. ut legimus hoc cap. v. 19. oraculo autem habentis  
præcedētis descripto. Vates erigit animos Iudeorum, praeterea  
affore prædicens, cuius monitis audientes Hebrei res fabricæ tempora-  
rias congerere incipiunt.

Corollarii: 2. Ex dictis hoc & præcedenti capite deducimus primi, ex quo die  
horritus est Iudeos ad templum rursus & discendunt, vñque ad dies  
quo populus id facere aggressus est, transisse 22. dies seunctis annua-  
nis, nimirum à prima die mensis Elul, vñque ad 24. eiusdem exclusis  
23. 3. Deducimus 2. hanc diem 24. sexti mensis non procul ab fuisse à 27.  
temp. Iuliani ad ea tempora reuocati: siquidem huius mensis otio  
27. diem Augusti.  
4. Colligimus 3: confirmari ea, quæ dicebam in Ierem. cap. 27. v. 1.  
5. Similem etiam dia stollen repetiri Ierem. 28. v. 1. monet Cornelius  
huius capituli.

In vna die mensis, hoc est, prima die mensis Elul.  
Vñque ad dies 24. inclusis.

Menses  
Tigris.  
In septimo mense, vigesima & prima mensis, factum est verbum Domini  
1. Hunc mensem leptimum à Nisan acerbo, Tigris appellatum cum Ro-  
& calis auctoribus cap. præced. v. 1. num. 2. laudatis; contra Lyram 2.  
blum. Adiutum nonnulli, hoc oraculum vno ferè mense tardus dicitur.

materia templi & discandi cœpisset congeri. Pius contigit 24. sexti mensis,  
posterioris 21. septimi.

2. Celeberrima est hæc prophetia, qua Christus venturus prædictitur, &  
sua præsencia effecturus, ut templū s. cundum glorioſius sit templo Salomo-  
nis. Et veniet desideratus cunctis gentibus, & implebo domum iſam gloria, v. 8. Magna ante Chr.  
ut gloria domus iſus nouissima quam prima, ver. 10. Hoc vaticinum puto editum 520. circa  
anno ante Christum 520. circa 16. Octobris, quæ tunc in fer. 2. incidit, ut ex. 16. Octob.  
dictis cap. 1. liquet.

Vers. 11.

In vigesima & quarta noni mensis, in anno secundo Darij regis. Hic mensis erat Caf-  
ren, nonus annus facti à Nil an inchoati, ut distinetè tradit S. Hieronymus in v. 19.  
huius cap. Quod ipsum indicare videtur S. Vates, dum canit: A die vigesima &  
quarta noni mensis, à die qua fundamenta iacta sunt templi Domini, ponite super cor ve-  
frum: nunquid iam semen in germine est, & adhuc rinea & ficus, & malogranatum, &  
lignum olivæ non floruit? ex die ista benedicam. Quæ verba consentientibus alijs in-  
terpretabus sic exponit S. Hieronymus: utque nono mense, vt diximus De-  
cembri, fortarunt nullæ sunt signa frugum. Nè igitur dicaris, hoc me prudens  
utatione coniice, & futuram fecunditatem de floribus arborum, herbis que-  
legetum suspicaris: ecce nulla signa sunt, & tamen prædicto vobis, qui cœpistis  
adficare templum meum frugum omnium fecunditatem. Cum S. Hierony-  
mo sentiunt Ribera, Cornelius, Menochius. Ex quibus confituntur ea, que  
annotabam ad cap. præced. ver. 1. num. 1: Sicut enim hic mensis nonus est Caf-  
ren, & à Nil an locum nonum habet; ita mensis sextus & septimus, quorum iste  
Propheta meminit, suum numerum ab eodem principio contiuntur. Sic dies  
ista 24. mensis noni inhi incidit ir 17: (aut circiter) Decembris, quæ tunc c. Circar 75.  
r. dies Solis sive Dominica, ann. ante Chr. 520. quando post resumptam la- Decem-  
r. adis fabricam, Propheta pollitus est; commode a clâm iri cum Iudeis,  
quorum acta non erant Dœ accepta, quamdiu noui templi structuram non  
curabant.

Vers. 19:

A die vigesima & quarta noni mensis, à die, qua fundamenta iacta sunt templi Domini. Resumpta  
n. Quatuor diuersis temporibus inchoata dici potest secundæ domus fabrica. fabricatæ.  
Primo, sub Cyro, quando Iudei post suum è captiuitate redditum, necessariam pli primæ  
templo extruendo materiam præparabant. Quo spectat illud i. Eldæ 3. ver. 7.  
& 8. Porro templo Dei necdum formatum erat. Dederunt autem pecuniam latomis &  
camenariis, cibum quoque & porum & oleum Sidonij, Tyrisque; ut deferrent ligna ce-  
stina de Libano, ad mare Ioppe. Secundæ sub eodem Cyro, quando locata fuerunt  
primæ partes fundamenti, ut refertur ibidem v. 8. Anno autem secundo aduentus  
ii 3. corum 4

P.  
H. Philipps

Chronolo  
vit: Testam

AIV  
17

254

QVÆST. CHRONOLOG. XIV.

corum ad templum Dei in Ierusalem mense secundo cœperunt Zorobabel filius & Iosue filius Iosedec. &c. & constituerunt Leuitus à viginti annis & sequenti opus Domini. Tertiò, quando resumpruti secundæ domus iustitiam Dario Hystaspis, anno imperij eius secundo die 24. mensis Iulij, res fabricas opportuanas comparabant: quo de initio Aggæus cap. 1. v. 14. finitum, inquit, & faciebat opus in domo Domini, nempe ostendendo, antiqua menta detegendo, ligna, lapides, ceteraque id genus congregando, quando eodem anno die 24. Casleu fundamentis sub Cyro aere intonat 17. inceptis, superstruere cœperunt, ut hoc est. cap. v. 19. legitur, videtur iacta templi Domini fundamenta, subaudi, quoad eas partes, quædum necdum fuerant collocatae.

Vers. XXI.

Et factum est verbum Domini secundo ad Aggæum, in vigesima & quatuor subaudi Casleu: quo die Propheta sub nomine Zorobabel de Maccinatur, nimirum aliquando fore, ut regna gentium subvertantur, & Christi sit curæ Deo singulariter, sicuti annulus signatorius esse foliatus. Sic ista die Aggæus bina reddidit oracula, & fundamentorum tempore ædificatio resumpta est. Porro Aggæi prophetæ huius libelli monumenta signata, ad tres menses non omnino integros porrigitur, scilicet a die sexti mensis, usque ad 24. noni.

NOTÆ ET QVÆST. CHRONOL.

IN PROPHETIAM ZACHARIAE

Aggæus 2.  
forè men-  
sibus pra-  
cessit Za-  
chariam.

Duertunt plerique cum S. Hieronymo in cap. i. Zacharia, tum Aggæum fuisse synchronos, ita ut Aggæus Zachariam ducentum mensibus præcesserit. Ille enim prophetecepit mensibus hic octauo: uterque anno 2. Darij Hystaspis. Quod si agnus Aggæus menses à Tisti; apud Zachariam à Nisan computarentur, vi. Lyranus tablus opinati sunt, magna æquiuocatio fingenda hoc loco fore, quod datur: Aggæus vaticinari cœpit sexto mense, anni prophetae, Zacharias mense octauo anni sacri. Vnde sequeretur, quod Aggæus Zacharium et mensibus aut circiter præcessisset, aut, eum 4. ferè mensibus fuisset habens. Autenim eodem anno periodi Julianæ, (hoc est, à Calendis Ianuariis pro) uterque Vates prophetare cœpit; aut diuerso. Sieodem: Aggæus Februarium, Zacharias circa Octobrem fecisset initium vaticinandi. Si aut diuerso anno Iuliano suas prophetias auspiciari sunt, dicendum erit quod Zacharias circa Octobrem, tum Aggæus circa Februarium anni sequentem.

rente adhuc anno 2. Darij, prophetare sit adorsus. Ego vero ex communi sententia in eundem annum Iulianum utriusque Prophetæ exordia coniunctione, & bimestri ferè spatio Aggæum Zachariae antepono.

## IN CAP. I. ZACHARIAE.

Ver. 1. In mensa octauo, in anno 2. Darij regis factum est verbum Domini ad Zachariam. Hic mensis erat Marchesuan, ordine octauus à Nilan, ut fuit communis sententia, cui subscribunt Lyranus & Vatablus. Horatur populum Zacharias ne prauos suorum parentum mores imitetur, qui cum Prophetas audire non laissent, justas Deo penas exsoluerunt.

Ver. 7. In die vigesima & quarta vndecimi mensis Sabat, in anno secundo Darij. Hinc apparet Prophetam usurpare menses anni sacri; in anno enim profano, mensis vndecimus est Ab, Octauus, Iiar. Cum autem dies 24. noni mensis incident in, vel prope 17. Decembbris, ut notabam Agg. 2. ver. 11. consequens est, vt hoc oraculum differatur in annum sequentem Iulianum, qui fuit ante Christum 519. cyclo Solis 23. lit. Dom. G. Cyclo Lunæ 15. lit. æquat. H. Epacta 9. quatinus mensis Sabat coniunctus ad diem circiter 22. Ianuarij, diem autem 14. Sabat ad 14. Februarij, fer. 4. Tunc Zachariae ostensa sunt, quæ hic, à verf. 8. deleruntur. Vidi per noctem, & ecce vir ascendens super equum rufum &c. Hæc prophetia duas continet visiones. Prior est equus stantis in myrteto: hoc est Angeli conquerentis, ne cum miserijs ludorum finem esse impositum, anno septuagesimo: cui bona verba & consolatoria diuini responsi adiunguntur de templi & Vrbis instaurazione. Posterior visio est: quatuor cornuum & totidem fabrorum, significantium opem cœlestem ludis affuturam.

Ver. 12. Domine exercitum, usquequo tu non misereberis Ierusalem & Vrbium Iudeæ, quibus iratus es? Iste iam septuagesimus annus est.

## Q V A E S T I O XV.

## Quodnam istorum 70. annorum initium, quis finis.

1. Ceterum est, hæc verba: iste iam septuagesimus annus est, prolata fuisse ab Angelo, labente anno 2. Darij, ut indicat vers. 7. huius capituli, decimo, ut reto, ab obitu Cyri, qui anno 1. sua Monarchia laxauit annorum 70. captiuitatem. Quo sit ut annus secundus Darij, non sit septuagesimus captiuitatis Iudæorum, quam soluit Cyrus, ut fidem facit liber 2. Paralip. cap. ultimo, & exordio primi Esdræ. Quanam igitur ratione dicitur hoc loco iam septuagesimus annus esse Domini in Ierusalem & Vrbes Iuda?

Hæc proposita sunt  
anno 100.  
ab obitu  
Cyri.

2. Prima opinio est coru, qui non distinguunt hosce annos ab annis 70. seruitu Babylonicae, de qua vaticinatus est Ierem. c. 25. eosq; anno 1. Cyri finitos esse confit.

1. Opinio  
confit.